


Pauca ut credibile est exempla reliquit Apelles.
 Perdere quæ potuit quælibet hora nocens.
 Nos damus exiguo tot nulla tempore, quot nec
 Per tres vlla manus scribat Olimpiades.
 Hæc michi nullo alios Dürerum posse per annos
 Vivere conditio spem facit esse ratam
 Quamvis arte sua sibi iam monumenta parari
 Quæ sine digna libris ne morentur erant.
 Namq; quis hoc melius pingendi calluit artem?
 Quis fuit ingenio promptior atq; manu?
 Omnib. ille prior fuit, omnes ille reliquit.
 Quiq; coævi aderant quia fuere prius.
 Sicut in hunc mihi scripta docent, Epicedia, veris
 Facta magis tanti laudib. apta viri.

**Alberti Dureri clariss: pictoris et Geometrice
 de Symmetria liber
 primus.**

Depicturus humanam effigiem, hanc ratione sequitor. In ppositi
 tam regulam quæ effigiem quam facere vis longitudine sua excedat,
 lineam ducto, eius cuius picturam esse placuit altitudinis. Sic ut lineæ
 primus punctus verticem, extremus calcem describat, proque diuersitate
 formarum, ut illas longas aut breues in animo cõcepisti, singulis suas
 lineas accommodato, easdemq; singulatim partitor. Quare quoties
 cumq; in sequentibus partium numeros audies, eos petendos scias, ex
 statura totius altitudinis a vertice ad calcem vsq; ei' cuius effigies insti-
 tuta sit, cuius vnica illa linea diligentia summa distinguenda est, quæ
 distinctio perueniat a duab' partibus ad partes aut quinquaginta, aut
 centum aut quocumq; tandem partib: vsus sit. Eas partes omnes suis
 numeris notatas ad illam longam in regula ductam lineam referes,
 sic ut cum eius primo siue initiali puncto consentiant, deinceps vero pro
 sua quæq; diuersitate discrepent, ut necesse est. Atq; hac via pauciorib'
 numeris longiores partes notabuntur et contra pluribus breuiores. fiet
 autem de tota lōgitudine, dimidium lineæ. 2. pars tertia. 3. pars quarta
 4. atq; ita consequenter. Quas etiam ipsas hoc modo notatas partes si
 res poposcerit vterius pro tuo arbitrio, dimidiato in alios siue pares siue
 impares numeros. Nam qui aliq; rem accurate metiri cupit, dum vna
 certa partitione comprehendere omnia nequit, necessitate ad partium
 cõminutionem defectur. Quod a me factum postea apparebit sepe enim
 duplices, sepe triplices numeros collocatos videbis / magnos / medios /
 pares / impares, quibus prox: ad veritatem rei pertingere posse visus sum
 Ceterum numerorum eorum qui a me designati sunt, compositio,
 mutari et pro alterius ingenio aliter vsurpari poterit. Ut autem omnia
 quæ et dicta hactenus a nobis sunt et postea dicentur melius intelligen-
 tur, Illam regulam cum suis partib: et partium notis quomodo facere
 docui hic appingam. ante enim omnia huius rectitudinem cõstare oportet
 et absq; quo immensus labor et temporis iustitias, vix omnium parti-
 um nominatas lōgitudines in totius longitudinis statura a vertice ad
 calcem vsq; perquestura videatur.

Regula
Vertex



B

Planta